1526 11/2

Bona Dei gratia Regina Poloniae
Magna dux Lythuaniae Russiae Prussiaeque etc. domina

Reueren[dissi]me in Xpo pr D. Sincere nobis dilecte. Habuimus nuper
l[itte]ras P[aternitatis] V[estrae] quibus nobis significauit non esse illi hone-
stum et securum privare possession[e] Cano[nica]tus Eccl[esi]ae Suae
ven[erabi]lem Jo[hannem] Dantiscu[m], iam receptum possesore[m] pacificu[m] etc.
Nos certe illi viro de nobis optime merito maiora faueremus
prout debemus, suis virtute ac meritis exigentibus.
Attamen hic bene consulti per dominos Ep[iscop]os et practicos,
ita ad ultimum sumus resolute, q[uod] postq[ua]m beneficiu[m] hoc
vaccauit pure in mense ap[osto]lico, Et Jo[hannes] Dantiscus, nullo Titulo
sit receptus, et possessio assignata, asserto procu[rato]re Suo
Is aut[em] Nominatus n[oste]r Plothowsky, qui procedit vigore
optimi Tituli, et in Turno ap[osto]lico impeditur, Indignu[m] et
iuribus n[ost]ris contrariu[m] putamus, ut excludatur, ymo hec
Cunctacio fit in eius magnu[m] preiudiciu[m]. Et Cum periculo iuriu[m]
ne aliquis Tercius ueniat pro interesse. Itaq[ue] hortam[ur]
P[aternitatem] V[estram] pl[urimu]m omni[n]o Cupien[tes] et volen[tes]: ut tam Is primus
Nom[ina]tus n[oste]r, q[ua]m iterum Secundus in mensibus ap[osto]l[ic]is suis
Libere utantur iuribus. Et possessio detur Plothowsky
qui Cano[nic]um habet Titulum. Et postq[ua]m Secunda occurat
vaccacio, Si fuit in Turno ap[osto]lico Admittat[ur] Nominatus
n[oste]r Secundus. Si uero in mense ordinario. Meminit P[aternitas]
V[estra] quid nobis Cu[m] suo Capitulo et Scripsit et viue
vocis oraculo promiserit, hoc Sic perficiendu[m] Curabit
Si n[ost]ras promociones, quas facimus hic apud Regiam
M[aies]t[a]tem pro Eccl[esi]a sua, et eidem illa oppida sua cu[m]
effectu restituantur, utiles et efficaces esse Cupiat.
Et bene ualeat. Datum in Nyepolomyste, XI febru[arii]
M D XXVI[o]

Ad mandatum S[acrae] R[egiae]
M[aies]t[a]tis propriu[m]

Bona Sforza

4

X° pri domno
Ep° warmien
vobis dilecto

Lrã Bonæ Reginæ.

4v